



## Universitätsbibliothek Paderborn

**AntiLutherus Judoci Clichtouei Neoportuensis. Doctoris  
Theologi, Academiæ Parrhisie[n]sis**

**Clicthove, Josse**

**[Köln], 1525**

**VD16 C 4189**

Vnam hostiæ consecratæ partem, in officio miss[a]e, sanctis æterane  
gloriæ consortibus recte deputati. XXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36183**

## LIBER SECUNDVS

fundamentū, quod collocauerat Lutherus ad fulciendā erroris  
sui fabricā: Christum scilicet in coena non accepisse suū corpus &  
sanguinem sub forma sacramentali. ut exinde conficeret, sacerdo-  
tes nouae legis in officio missæ non debere ipsū eucharistiæ sacra-  
mentū sumere: sed tantū alijs tradere. **V**trūq; enim horū, iam ostē  
sum est esse falsū: & à ueritate longe alienū. ¶ **N**eç idem, suū pro-  
positū cōstruere ualet aut stabilitate ex sacra laicotum cōmunione:  
in qua ipsi tantū percipiūt sanctā eucharistiā, nō etiā alijs tradūt. et  
ergo deberēt (ut contēdit) sacerdotes, è diuerso alijs tantū trade-  
re sanctū eucharistiæ sacramentū: nō aūt sumere. **N**empe laici  
circa id sacro sanctū mysteriū, unicū habent ex ordinatione ecclīq;  
opus: scilicet ipsum cū reuerētia sumēdi sub specie panis tantū, ab  
alio tradente. **S**acerdotes uero, quoniā ad altaris ministeriū & for-  
tem ecclesiasticā peculiariter sunt asciti atq; consecrati: triplex ha-  
bent circa idē eucharistiæ sacramentū, munus exercendū, utpote  
ipsum per certā uerboꝝ formā cōsecrendi. cōsecratū: propriis ma-  
nibus & nō alteriꝝ ministerio, in officio missæ sub utraq; specie, pa-  
nis inquā & uini, sumendi. & deniq; sub una specie, uidelicet panis,  
tradendi alijs extra missæ officiū. quoꝝ quidē triū opeꝝ nullum  
laicis conuenit. **C**um his tamē in hoc uno coincidūt sacerdotes, ut  
si morbo detenti aut alia rōnabili causa impediti, uelint cīramissæ  
ministeriū, & nō facta à se celebratiōe nec oblatiōe diuini sacrificij  
eucharistiæ sacramentū sumere: illud alio tradente ministro sacer-  
dote, & sub una tantū specie utputa panis, sumant, more laicorū.  
Ex modo igitur laicis definito quo debeat percipere eucharistiā:  
nō pō recte colligi qđ, ppōnit Lutherus, sacerdotes uidelicet offi-  
ciū missæ celebrates nō debere sanctā sumere eucharistiā: sed tñ  
mō alijs tradere. qm̄ lōge alia sacerdotū sunt officia et multo digni  
ora, circa huius sacramēti administrationē & cōmunicationē atq;  
perceptionē: q̄ laicorum.

¶ **V**nā hoīiæ cōsecratæ partē in officio missæ sanctis æternæ  
gloriæ cōsortibꝝ recte deputari. **C**a. XXII.  
**E**inde ut nihil intactū incōtaminatumq; reliquat  
Lutherus qđ ad sacratissimū missæ priuēt offici-  
um, quo testatiōrem & perspectiōrem mundo re-  
linquat suā in deū atq; sanctā ecclesiam impietatē:  
subfammat.



subsannat (ut ex secunda particula octauii sui dicti supra adducti, hoc loco refellēda, a parte cōstat) & illā hostiæ sacræ distributionē, in sancto missæ mysterio ex institutiōe ecclesiastica fieri solitā: qua beatis regni cælestis incolis, una triū partiū ipsi<sup>o</sup> hostiæ deputatur. quasi adhuc eis (inquit) esset necessaria fides & promissio Christi. Verū hoc ipso fallit hic Lutherus, & à recto ueritatis tramite aberrat: q̄ arbitriū medietatē illā hostiæ sacrę que manet indiuīdua, idcirco designari sanctis, ut eo symbolo insinuēt ipsi aut fide Christi adhuc indigere: qui iam facie ad faciē dēū uidet, & nō amplius per speculū in enigmate, aut pmissionē Christi de habēda remissione peccatorū uitacq; æterna cōsequēda, præstolari: qui iā sine mala assūtū ante thronū dei, & in se omnino cōpletā illam esse promissionē Christi percipiūt atq; perpetuo gaudēt. Illam plāne rationē ipse Lutherus suo arbitratu confinxit: à nullis sanctis patribus ante assignatā, quā cū suo authore debem⁹ tanq; inanē & fruolā, explodere atq; exhibilare: illamq; amplecti potius causam huius distributionis & deputationis unius partiū hostiæ ad sanctos perpetuā gloriæ participes, quā nobis tradiderūt orthodoxi patres. Ut pote per illā quā tot⁹ hostiæ est medietas & indiuīdū manet, significari: sanctos ipsos supernę patriæ ciues etiā ad corpus Christi mysticū p̄tinere, eorumq; caput esse Christū: cui inseparabiliter manet uniti atq; agglutinati. Eiusdē quoq; partis mediæ integritas atq; soliditas sine disiectiōe in partes minores significat firmitatē cōtinuā stabilem⁹ uniformitatē æternæ beatitudinis, quā sancti nūc possidēt, æuoq; intermino sunt obtenturi. Et qm̄ amplius fructum effusionis sanguinis Christi & dominicæ passiōis nō sunt sibi ipsis per bonorū operū studiū applicatur: qđ ea applicatiōe ad consequēda uberiora gratia, munera iā nō indigēt, plenitudinē bonorū omnīū nūc adepti: pars illa indiuīdū quā sanctis designat, nequaq; sacro sanguini, calice benedictiōis, cōrento immergit, sed supra calice impeimixta à sacerdote tenet. ¶ Ex his itaq; constat, distributiōne partiis illius mediæ sanctis assignatam: non significare in ipsis indigentiā aliquā aut perfectiōis deficiētiā, sed unionē indiuīdū eorū ut membroq; corporis mystici cū Christo capite, indeficiētemq; & perennem in æternitatis stabilitate ipsorum gloriam: ab omni defectu atq; penuria procul distantem. At uero pars illa mi-

Quid desi  
gnant par  
tes hostiæ  
diuīdū.

E 3 nūscula

## LIBER SECUNDVS

nuscula quæ huic medietati eodem ditorum contactu coniungit  
tur à sacerdote: eos designat qui hac uita defuncti locis expiatorijs  
adhuc detinentur, eluunturq; igni purgatorio, quod & ipsi corpo-  
ris Christi mystici pars una sunt: ad integritatē eius ptinentes, atq;  
à Christo capite influxum salutis percipientes. necdum tamen ad  
perpetuam illam & continuam celestis gloriæ soliditatem admitti:  
nec etiam per propria opera fructum dominicæ passionis sibi ua-  
lentes applicare, quod huius uitæ stadiū iam percurrerint. Eamq;  
ob causam nequaq; immergitur ea particula sancto calici: ut neq;  
medietas illa, cum qua supra calicem ipsum à sacerdote cōtinetur.  
**T**ertia uero pars etiam minutula & quæ facto immittitur calici: si  
deles designat in agone præsentis uitæ adhuc desudantes, qui &  
ipsi ad corpus Christi mysticum (cuius sunt membra) pertinet: &  
necdum per mensuæ peregrinationis cursu, fructum effusionis  
preciosissimæ sanguinis Christi per bonorum operum exercitium sibi ac  
commodare queunt atq; asciscere. **I**t quamvis his adhuc in sta-  
dio currentibus fides & promissio Christi sit necessaria: id ipsum ta-  
men non significatur per tertiam illam partem sanctæ hostiæ, ipsi  
designatam, sed habitudo ipsorum ad corpus Christi mysticum &  
caput eius: atq; participatio efficacitæ passionis Christi ad suā ipso  
rum salutem. **Q**uinimmo si attentius rē ipsam dispexerimus nullam  
trium hostiæ sacræ partium inueniemus illā habere notionē.  
q; ijsquibus ille respondent, sit necessaria fides & Christi promis-  
sio. Ecce q; procul abest Lutherus à uero, qui uult illam significati-  
onem debere conuenire portioni hostiæ maiusculæ, sanctis in cæ-  
lo glorio sis deputatae: quæ etiā neutri aliaq; duas, particulaq; con-  
gruit, quibus tamē potiore iure uidere debere conuenire. **¶ Q.** si  
quis succinctiorē brevioremq; exposcat rōnem significatiōis harū  
triū partiū, in quas hostia sacra in ipso missa mysterio ex traditiōe  
priscorū patrū à sacerdote sacra faciente dissecat: hanc gñalem &  
communē om̄ib; illis particulis accipiat. illastres hostiæ sacrosan-  
ctæ partes id unū designare: q; Christus dñs noster, caput ecclæ  
sanctæ, tribus præcipuis sui corporis partibus in illo superadmirabi-  
li mysterio sacramēti uiuifici & oblationis eius: influxū & partici-  
pationē suorū donoq; spūaliū imparbit, beatis scilicet gloriæ, uiuen-  
tibus in hoc seculo gratiæ, & defunctis subleuamen. **E**st em̄ ipse in  
sacro

III.

sacro oblatus altari: beatorū gloria, salutis hinc uiuentiū, & defuncto  
xū refrigeriū, & hæc ipsa munera, uirtute hui<sup>o</sup> supercælestis sacra  
menti: membris suis dispartit. Quod quidē augustissimū sacramē  
tum, inter cæteras suas præclaras & permultas denominationes,  
etiam cōmuniō appellat: quia eius bñficiū cōmunicat atq; percipiūt  
oēs eccliaē uniti. nō solū qui in terris adhuc uiuūt: sed etiam q ex hoc  
seculo transierunt, siue iā beatitudinē sunt adepti: siue in via purga  
tionis ad eam tendat. Et ut paucis demū rem ipsam, immo uno uer  
bo cōstringamus: in tres partes hostia sacra in altaris sacrificio diui  
ditur, ut significant effēctū eius & fructum participare & ij qui in  
æternā sunt beatitudine: & qui purgatorio detinentur igni, & qui  
in hoc seculo adhuc uitā agunt, quicq; eorū: suo ordine & gradu.

**N**on esse improbandā sollicitā sui præparationē: ad  
debitā sancta eucharistiæ perceptionem. **Cap. XXIII.**

**R**aeter hæc, superioribus annotata locis, **Lutherus I.**  
ut oēm sustollat uenerationē & reuerētiā tam sub  
limi sacramēto eucharistiæ debitā: subsannat solici  
tam eā præparationē ad dignā ipsius susceptionē,  
quā solent homines timorati & deo deuoti facere:  
per examinationē ante actæ uitæ, confessionemq; peccatoꝝ, atq;  
pias orationes mentis in deū excitatorias, aliaq; recta bonoꝝ opeꝝ  
studia. Subsannat inquam hæc laudabilia opera his uerbis: in libro  
quidē suo de abroganda missa priuata inscripto positis, sed inter dī  
cta eius in primo libri huius capite per ordinē digesta, nō annotatis  
nec expressis. Insuper unus est furor om̄iū (inquit) præparatorijs  
orationibus, confessionibus præuenijs sic sele mundos & sanctos red  
dere: ut eucharistiā digni accipiant. ne sit aliquid ibi quod remitti  
debeat: sed om̄ino spectabiles in mūditia sua appareāt, & sanguin  
em Chrtisti fusum in remissionē pctōrum rideant, quoniam nihil  
relinquere uolunt deo: quod remittat. **Hæc Lutherus.** Sed nō  
attenderat ipse sedulo beatū Paulum: cum magna cautione nos  
in prima ad **Corinthios** epistola admonentē. Probet autē seipsum **i. Corint. ii.**  
homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Puobet inquam,  
discutiendo propriam uitam ante actam; an graui peccato sit ob  
stricta, aut mortiferis obnoxia culpis. quæ prius expiētur per ama  
ram contritionem & humilem sui apud sacerdotē accusationē: q  
sacra